


dimus, neque formam, ut forma est agere putandum est. Negamus autem majorem & asserimus non omnem causam agere. Neq; tantam facimus authoritatem Scaligeri, ut ipsi concedamus, non posse aliquid esse principium, nisi agat.

QVÆSTIO X.

An propositio necessaria postulet subiectum necessarium?

*Zabarella lib. 1. de prop. necess. cap. 2. statuit, nullam propositionem esse necessariam, cujus subiectum non sit necessarium. Quæritur an rectè? Negamus. Ratio: In quacunq; propositione est necessaria connexio prædicati cum subiecto, ea est necessaria. In quadam propositione, cujus subiectum non est necessariū, est necessaria connexio prædicati cum subiecto. E. quadam propositio, cujus subiectum non est necessarium, est necessaria. Minorem probo: In hac propositione, virtus est habitus, est necessaria connexio prædicati cum subiecto. Hujus propositionis, virtus est habitus, subiectum non est necessarium. E. in quadam propositione, cujus subiectum non est necessarium, est necessaria connexio prædicati cum subiecto. Majorem *Zabar.* negare non poterit, siquidem ipse *c. 1. lib. cit.* propositionis necessitatem nihil aliud esse dicit, quàm prædicati cum subiecto perpetuum atque indissolubilem nexum.*



COROLLARIA.

I.

An aliqua forma sit divisibilis? A.

II.

An ex eo, quod unum est verum convertuntur?